



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

XIII. Iac. Sadoletvs Cardinalis Florentio Voluseno Scoto, S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

IAC. SADOLETVS CARDINALIS
Florentio Volufeno Scoto, S. P. D.

EVm, qui superioribus diebus tuas ad me attulit literas, testimonio tuo adductus, libenter vidi: opemque illi & studium meum deruli, ut multum apud me valuisse commendationem tuam facile intelligere potuerit. Nec te tua sane, quam de me habes, opinio fefellit. Sumus enim, semperque fuimus, ad breve de doctis & probis hominibus merendum, si minus opibus facultatibus instructi, ac certe natura studioque propensi ac parati. Te quidem, quem & optimis artibus eruditum, & in his de religione dissensionibus optime sentientem semper iudicamus, eo quo debemus studio & amore prosequimur. Itaque quod sententiam exquiris nostram, quam viam cum in patria tua constititeris, in qua maximas de religione contentiones esse scribis, insistere debeas: nos id tibi consilij dabimus, quod & amore nostro erga te, & virtute ac pietate tua dignum sit: quod tamen a te iam pridem caprum esse minimè dubitamus. Nam cum & litteras nos literas, & rerum euentus ipse docuerit, Ecclesiam Dei turbulentis hominum seditionum consiliis perpetuè infectam esse, & obnoxiam nimirum permittente Deo, quò hic bonorum exploraretur fides atque constantia: profectò dubium esse non potest, quin quod sanctissimi viri huiusmodi dissidiis & contentionebus exortis, semper fecerunt: ut Ecclesiam partes sequerentur, eique tanquam firmamento veritatis inniterentur: id hoc quoque tempore optimus & grauisimus quisque facere debeat, & sanctissimam parentem omni pietate & studio constantissimè tuenque defendere. Etenim summa sit non dicam imprudentia, sed amentia, Catholica relicta ac deserta Ecclesia, eiusque perpetuo consensu, & tot sanctissimorum patrum auctoritate contempta, eorum sectam sequi, qui impulsu odio, & furore quodam rapiti, tam temerè ac nefarie ab Ecclesia desciscere, eamque vexare atque oppugnare ausi sunt. Quos ut corrupti sacerdotum motus grauisimè offenderint, nequaquam ea tamen, aut alia omnino vlla, turbanda pacis & commouenda seditionis causa iusta esse potuit. Quamobrem te quidem nec consilio, nec cohortatione mea egere arbitror. Sed tamen quando me, quomodo gerere te in patria tua debeas, consulendum putasti, credo quo auctoritate mea consilium tuum confirmaretur: suadeo, hortor, & moneo, ut maiorum nostrorum vestigiis insistas, atque ea quae statuta, decreuit, & tot iam seculis obseruauit Ecclesia: tanquam Spiritus sancti, qui illi custos & veritatis omnis doctor perpetuè adesse

lecta & instituta sanctissimè seruanda esse censeas: vtque hæc
 que tibi a Deo data sunt, ingenij, doctrinæque munera, ad eos
 quibuscum vives, in fide & vera religione (quantum in te erit)
 commendas, sedulo vt Christiano homine dignum est conferas.
 Hæc profectò vna rectissima ad æternam salutem via est: hanc
 qui mittunt, Deique & Ecclesiæ præceptis ac legibus obtempe-
 rant, ad illam quæ Christianis hominibus proposita est felicita-
 tem sine vilo errore perueniunt. Sed hæc vt voluntati tuæ obse-
 queris, non quò te putarem de his rebus non optime & sentire,
 & rectè scripsisse, iam attingi. Tu velim beneuolentiam erga me
 tuam conferres: tantum que de animo & voluntate mea tibi pol-
 licere te spondeas, quantum virtus & probitas, & vetus tuum
 erga me studium postulat. Vale. Romæ, M. D. XLVI.

XIV.

IAC. SADOLETVS S. R. E. CARDIN.

Gabrieli Paleoro Bononiensi, S. P. D.

ACCEPTA literas tuas, testes cum eius ingenij quod ego in te
 Altimum esse audio: tum etiam officij atque amoris, quem
 ego optinui & clarissimum virum mortuum, quemque in me
 habere te ostendis: quorum vtrumque nequaquam mihi
 exoptarem opinionem accidit. Cognoui enim semper ve-
 rum familiam cum ingenij & literarum laudibus, tum probita-
 tem & in amicis obseruantiam, in ista ciuitate facile excellere. Que
 præ propria & domestica ornamenta tui generis in te ipso non
 tantum solui, sed etiam cumulatam tibi confido atque opto.
 Quod autem scribis in literis tuis, te arbitrari, collega mei, vel
 vniuersi charissimi potius Petri Bembi Cardinalis, importuna
 morte me grauitè afflictum, & prostratum iacere: non fallit in
 sermone tuo. Nihil enim mihi potuit cœsare acerbius, quam
 scilicet ab eo, cuius ego amicitiam fraternamque conjunctionem
 quatuor & quinquaginta annos inuolatam tenueram: quem
 prope ipsius præcitantissimas virtutes, summamque humanita-
 tem, probitatem, suauitatem, singularem quodam & penè inaudi-
 tum amore proferebar: quo cum eram omnibus & studiorum
 erudicem, & voluntatum, tam in familiaritate & consuetudine
 soluta, quam in ipsa Repub. vinculis & necessitudinibus as-
 trictus: vt eo mihi nunc erepto, solus planè, & ab omnibus mihi
 lectus esse videar. Ex quo non possum non dolere casum meum.
 Nam illum quidem lugere non esset fas. Cæte enim putes quen-
 quam vquam vlla in genere, vilo tempore, vixisse tam beatè,
 quam Petrus Bembus est mortuus, siue diuinæ in eum beneuo-
 læ iudicia spectentur, siue humanæ. Quæ magna quidem
 mihi

